

1174 credimus eum invenisse misericordiam apud
patrem misericordiarum, Dominum Deum nostrum. 2. Cor. 1, 3
Cuius anima requiescat in pace, amen.

Nunc ad Zobelanum reflectamus articulum dictum
de ipso et de temporibus eius, quidquid de veri-
tate consideris, partim ex nostra recordatione,
partim ex relatione seniorum nostrorum.

Anno igitur dominicae incarnationis 1174
mediante tali in loco tali ordine, sicut supra
dictum est, Zobelanus paterno insignitus ducatu
Pragam petit, ubi tam a clero quam a populo
magnifice susceptus iuxta morem patriae sollem-
niter inthronizatus, ac deinceps regnat feliciter.

Qui bene inchoata statim heu maculat sangui-
nis effusione innocentis; nam Sturmum, castel- cf. 3. Reg.
lanum de Primberg, ^{2. 31} memor quod eum in vinculis v. f. f. f.
durius tractasset, sed immemor fidei, qua ei postea
gratiam suam et securitatem promiserat, capi
fecit et Pragam deduci, dein manibus truncatum
crudeli morte necavit. Pro quo excessu postea
publice penitus et nudatus pedes, laneis indutus
carenam exegit. Verum quamvis in hoc scelere
sibi praeipuerit inimicus, alias satis bonus pub-

1) R. obau R. 81